PROCESSUS CANONIZATIONIS LEOPOLDI

Anfang 16. Jh.

Seite 157r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Super decimooctavo articulo incipiente Item quod de predictis omnibus etc. Examinatus testis respondit articulum verum quia ita audiverit et hodie publice audiat

Super decimonono articulo incipiente Item quod post mortem suam claruit etc. Examinatus testis respondit articulum verum causam sciencie allegans quia ipse testis tempore hyemali de quodam tecto super glaciem de domo septuagesimo cecidit et adeo se in genu uno lesit quod absque sustentacione baculi per tres fere annos transire nequivit et dum se ad sepulchrum pii leopoldi devovit preces suas pro relevamine et gratia apud deum impetrandis ad eundem perfudisset ad statim post emissionem voti baculum suum quo antea ire non poterat a se abiciens peregrinacionem quam beato leopoldo devoverat complevit ac tumbam seu sepulchrum pii leopoldi absque sustentaculo seu baculo visitavit Credens ipse testis firmiter quod deus per merita ipsius leopoldi ex devocione sua ipsum testem sanaverit

Super vicesimo vicesimoprimo et vicesimo secundo articulis Examinatus testis credit articulos firmiter esse veros

Super vicesimotercio et vicesimoquarto articulis Examinatus testis respondit articulos esse veros expandendum

Et fuit testi iniunctum prout est moris

Eadem die honesta mulier Margaretha relicta olim Wolfgangi Potl de leyss Patav. dioc. etatis sue quadraginta octo annorum citata iurata ac demum examinata deposuit ut sequitur

Super primo et aliis articulis usque ad quartum inclusive Examinata testis respondit eosdem fore veros quia ita prout articulatur audivit

Super quinto articulo Item quod multa et egregia fecit etc. Examinata testis respondit articulum verum quia in Monasterio Nevenburgensi verificatur

Super sexto septimo et octavo articulis Examinata testis respondit articulos esse veros quia ita a senioribus ac aliis fidedignis et gravibus personis audivit

Super nono articulo incipiente Item quod sepius contra infideles etc. Examinata testis respondit articulata ignorare

Super decimo articulo incipiente Item quod pro fide christi etc. Examinata testis respondit ut ad nonum articulum

Super undecimo articulo incipiente Item quod toto tempore vite sue etc. Examinata testis respondit eum verum causam reddit quia ex fama nunc orta articulus verificatur

Super duodecimo articulo incipiente Item quod propter bona opera sua etc. Examinata testis respondit eundem verum causam reddit quia ita publice fame et cognomine

189 / 2 / 4